

17. *Philosophia est usurpanda, non ad destruendum ecclesiam, sed ad ei destruendum.*

18. *Patefactio DEI est naturalis, vel gratiosa: & hac ordinaria, vel extraordinaria.*

C A P. II.

De Sacra Scriptura.

1. **V**erbum DEI ἐμφυτον, innatum seu insitum, vel ἀεροφοικόν, enuntiativum. Verbum DEI insitum est ἰσσιώδες, ut vox illa in primâ creatione, de quâ Gen. 1. vel ὑποστατικόν, ut Christus, de quo Iohan.

2. Verbum DEI enuntiativum est, quo DEUS voluntatem suam testatus est, referendo sacrosanctum suum os πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς, Hebr. 1.

2. Verbum DEI est ἀγραφοῦν vel ἰσροφοῦν, non-scriptum, vel scriptum. Ubi est convenientia in re, differentia in modo.

3. Verbum DEI est ἐν ἀκρότητον, vel ἀεροφοικόν, id est, internum, vel externum. Illud in cordibus sonat, hoc aures ferit. 2. Corinth. 3. v. 3. Simili modo Scriptura sacra est interna seu cordis, vel externa seu testamenti. Deinde verbum DEI internum est vel ordinarium, vel extraordinarium: externum est immediatum, vel mediatum.

4. CA.